nibus et usufructibus competentiaque et prorogatione quavis iisdem obli- 10.
gatariis suis dictis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscri-
ptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat illisque uti
frui possit usque ad exemptionem Summae suprascriptae totalem et
integram persolutionem. Idque sub simili Summa vadio centum
florenorum polonicalium per eandem Recognoscentem suosque eius
successores praedicto Nobili Demetrio Petrylowicz Perlecki aut
eius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fue-
rit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo prae-
misso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex prae-
missis non completa complenda citata eadem memorata Recognoscens
Nobilis Anastasia Perlecka Nobilis olim Alexandri Perlecki Pe-
tryczyc consors derelicta vidua suique eius successores ad instan-
tiam praedicti Nobilis Demetrii Perlecki Petrylowicz obligatarii
sui aut eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad responden-
dum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere respondere vadiumque praefatum lue-
re subeundo ligamenta et praesenti Inscriptione.

Turzanska Kulczyckich et alios quietat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren-
sibus Capitaneal. Premislien. Nobilis Eva Turzanska olim Nobilis Pauli
Popiel Stephaniak consors relicta vidua certae sortis in villa
Kulczyce haeres sana mente et corpore existens a Terrae Distri-
ctusque aliis quibusvis iurisdictionibus suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi
Iurisdictioni quoad actum modernum attinet se cum successo-
ribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiciendo palam libere publice ac expresse
recognovit. Quia ipsa Nobiles Wasko Kulczycki Konczyk
et

Statum Kulczycki Penkało dictos Iwanum Popiel Stepaniec Fedo Pasławski Nobilis Kulczycki generem de Protestatione Certa per se Recognoscentem Contra Suprascriptos inculpatos Coram Actis praesentibus Sabbatho in Crastino festi Sanctae Annae Matris deiparae Virginis Mariae Anno praesenti ratione sui Recognoscentis per Suprascriptos inculpatos Via publica interceptionis Concessione Vulnerum illationis et aliarum Violentiarum obstitam Sibi Recognoscenti pro omnibus sufficientem et plenariam Satisfactionem quietat emittit dimittit liberosque et absolutos perpetuo pronuntiat Protestationem eandem tum et Eductionem Vulnerum in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat Sibi Suisque posteris Contentione ratione perpetrati imponendo silentium hac sua praesenti personali Recognitione ad Commissa omnia et singula mediante.

Vigore Iudicii ex praecedenti scribatur Feria Sexta in Crastino festi Sancti Petri in Vinculis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

2/VIII 1669

Winnicky Turzanskich quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Georgius Winnicki sanus mente et Corpore excedens a Terris Districtibus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac Subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilem Nicolaum Turzanski dictum

Wozak